

53505939X

CAX. 1. OR. 2



10

16818

D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO
DE OFFICIALIBUS
REIPUBLICÆ,

Num. 47. cap. X num. 3.

~~46 - 6 - 38~~

D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO

I. C. CARRIONENSIS,
OLIM IN PINTIANA ACAD. INSTITUTIONUM
Civilium Cathedræ Moderatoris; deinde in Pintiano Regio
Senatu Forensium causarum Patroni,

TRACTATUS
DE OFFICIALIBUS
REIPUBLICÆ,
NECNON OPPIDORUM UTRIVSQUE
CASTELLÆ.

Tum de eorundem Electione, Usu & Exercitio.

OPUS NON SOLEM TIRONIBUS,
Sed etiam Magistris pernecessarium,
DUPLEX INDICE, CAPITUM SCILICET,
et Rerum locupletatum.



LEGDUNI.
Sumpt. MARCI, & JOAN. ANTON. HUGUETAN. Fratrum.

AN. DC. LXXXII.
CUM PERMISSU SUPERIORUM



PROLOQUIUM A D LECTOREM.

REFATIONUM usus, in Librorum editionibus, non omnibus probatur, utpotè quæ Lectori in altum properanti remoram injicere videantur, & Genium rem ipsam cominus videre gestiens retinaculis importunis præpediant. Cui etenim bono, inquit, Tabellæ publicè propositæ velum obducere, & præsentem voluptatem avidis præripere oculis jamjam ad illam contemplandam ardentibus? vel clurientem atque mensæ assidentem longiore discursu convivam distinere, qua scilicet arte, quibusvè condimentis edulia parata sint, quasi aures prius quam os & venter, saturandæ sint? At verò cæteri, quibus sanior residet sententia, quamvis prolixiora Lectorem fatigantia Prolegomena explodant, non tamen recusant ea quæ brevem totius Operis synopsis exhibent tanquam in speculo, ut hac ratione mensimibuta primis rei differendæ rudimentis, faciliori negotio intentionem Authoris percipiat, & delicatiori oblectatione singulorum totius Operis partium pulchritudinem intueatur.

Quare operæ pretium duxi compendiarium hujus Tractatus delineationem in limine præponere, duabus distincti partibus, quarum prior agit de Officialibus Reipublicæ Hispanorum, sive utriusque Castellæ in genere: posterior verò Prætores, seu Judices Ordinarios Civitatum & Oppidorum tam Regiæ Coronæ, quam privatorum Toparcharum in specie considerat.

Amplissima quidem materia est juxtà ac utilissima, siquidem in omni Republica benè constituta, Magistratuum institutio principem locum sibi facile vindicat, sine quorum authoritate, prudentia, & diligentia stare minimè potest; ut quemadmodum



D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO,
 I. C. CARRIONENSIS,
 TRACTATUS
 DE OFFICIALIBUS.
 PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM,

Quid Officialium nomine comprehendatur, & quid sit electio?

SUMMARIUM.

- 1 Officialium verbo quid significetur?
- 2 Officialis à verbo officio derivatur.
- 3 Officium dicitur quod quisque efficere debet.
- 4 Officium pietatis quid?
- 5 Officium Aui circa Nepotem quid?
- 6 Officium paternum?
- 7 Officium Magistratus?
- 8 Officium pro munere publico & honore usurpatur.
- 9 Officium consuale.
- 10 Cohortale.
- 11 Comitianum.
- 12 Officium quandoque dicitur ipse locus in quo Officiales consistunt.
- 13 Officium nobile & mercenarium quid?
- 14 Officia quadam publica, quadam vero privata.
- 15 Publica duplici sunt in differentia.
- 16 Privata quid sunt.
- 17 Officium qui differat ab artificio?
- 18 Artes alia sordide, alia honeste.

- 19 Officia alia honorifica, alia vilia.
- 20 Officiales ab officio publico derivantur.
- 21 Officiales Republica quo sensu dicuntur.
- 22 Regis dignitas an sit Officium?
- 23 An ex officio teneatur Rex Regnis inservire?
- 24 Imperare vni solum est dignitas, scilicet ars artium omnium summa.
- 25 Proprium Regum officium quid?
- 26 Ars artium est hominem regem.
- 27 Electio à verbo eligere derivatur.
- 28 Electio proprie quid?
- 29 Electio generaliter definita quid?
- 30 Electionis definitio in genere.

DICTUM de Officialibus Republicæ, eorum creatione & usu, cum ceteris ad eorum ministerium spectantibus rebus, oportet ut prius inquiramus quid officialium verbo significetur, ut merito in proposito, cum Marc. Tullio Ciceron. lib. 1. Officiorum præfari valeam: placet igitur, quoniam omnis dispositio de officiis futura est, ante definire, quid sit officium, ut intelligatur quid sit id de quo disputatur, quod ita docet D. Ambrosius lib. 10. Officiorum in præmio.

Et sanè Officialis à verbo Officio denu-